



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De vocatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

dicecesanæ xj. præsentes adesse debent; qui certo Ecclesiæ nomine vniuersè vocati, ordine bini, & collegiatim, ad Illustrissimum Archiepiscopum rectè accedant, cui reverétiam exhibeant; deinde singuli nominatim vocati, capite aperito, & stantes, modesta, altaque voce respondeant. Adsum.

Inde verò ad Præfectos recognitionis certis Capellis dispositos recta via accedant, quibus Breuiaria, & Calendaria ex præscripto exhibeant, & ad præscriptum scrutinii de interrogatis respondeant.

Qui ad eos non accesserint, perinde plectantur, ut qui ad Synodum nulla iusta causa impediti non venerint.

Interrogati autem, si quid indecorè vel responderint, vel egerint, singuli à Præfectis scrutinii notentur, ut Canonice subiaceant disciplinæ.

Decretum de Cathedratico.

Parochi autem cum è scrutinio redibunt, rectè, & ordine accedant ad Reverend. N. Oeconomum nostræ mensæ Archiepiscopalim, cui solvant cathedralicū iure debitum.

De vocatione.

Vocati autem sunt hac præfatione, pro Ecclesiæ dignitatis ratione: ac primum ex capitulo Metropolitano, ita. Multum Reueren. D.N. Archipresbyter. Multum Reueren. D.N. Archidiaconus, & sic singulæ dignitates.

Reueren. D.N. Canonicus ordinarius.

Præpositi collegiatarum urbis, & diœcesis sic.

Reueren. Presbyter N. Præpositus N.

Canonici collegiatarum urbis, & diœcesis.

Reueren. N. Canonicus Sancti N.

Parochi urbis, & diœcesis ita.

Venerabilis presbyter N. parochus S.N.

Capellani sic.

Presbyter N. Capellanus S.N.

Clerici beneficiati.

N. Clericus S.N.

Alijuerò clerici suo quisque nomine appellati sunt pro ordinis suscep- ratione sic.

N. Diaconus N. Subdiaconus N. Acolitus N. Exorcista N. Lector N. Officiarius si ij vocandi sunt.

Cum autem hora esset tarda in sequentem sessionem iussu Illustrissimi Archiepiscopi vocatio Cleri dicecesani resea- ta est, hoc decreto promulgato.

Decretum de differen. scrutinio in alium diem.

Cras ordine, & diligentius Clerus dicecesanus vocabitur: accuratis item scrutinium synodale de eo siet, ad præscriptum Tabella, & decreti hodie mane in sessione promulgati.

Postremò actum est de hospitio Cle- ricorum, atque indicta sequens sessio.

Decretum de hospitio.

Mnibus & singulis sacerdotib. cle- ricisq; dicecesanis, dinersorium ho- spitiumq; honestum, & decretis prouincialibus, & dicecesanis, edictisque prouincialibus iustum non habentibus, edi- cimus, ut diversentur & hospitentur in qdibus Canonice extra portam nouam, quod hospitium præter statum diversum eis constitutum est.

Decretum de hospitiis.

Vicarii, qui non exhibuerunt nomi- na hospitorum cleri Vicariatus suis præfectis hospitii, hodie exhibeant.

Lectum quoque fuit decretum de so- lenni Defunctorum commemoratione die sequenti agenda: cuius decreti for- mula habetur supra diœces. Synod. viij. pag. 78. decret. 4.

Interea verò antequam hæc sessio di- mitteretur, Archidiaconus iussu Illustrissimi Archiepiscopi de more indixit orationem mentalem certis capitibus partitam, pro Cleri disciplina excita- da, & diuinio auxilio implorando.

Eiusmodi orationis capita habentur supra Synod. diœces. viij.

Oratione mentali absoluta Illustriss. Archiepiscopus surgens certas preces recitauit, ac Synodo benedixit sine con- cessione indulgentiæ.

Tunc